



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

II. Mandatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

Et si fuerit vlla quælibet persona,
quæ præter istum alterū instrumē-
tum exinde præsentauerit, aut ante-
rius, aut posterius, quod nos nec fe-
cimus, nec facere rogauimus, nul-
lum sortiatur effectum, nisi vacuum
& inane permaneat. Autorem ve-
ro criminis, vel falsarium iudiciaria
potestas condemnet. Et si fuerit,
aut ego ipse, aut vllus de heredibus
meis, vel quælibet persona, quæ cō-
tra hanc donationem aliquid refra-
gare, vel calumniam generare præ-
sumperit, illud quod repetit non
vindicet, & insuper contra cui litem
intulerit sol. quingentos compo-
nat, & hæc donatio cum stipulatio-
ne subnixa inlibata permaneat.

II. MANDATVM.

Magnifico fratri illi, ego ille,
filius illius, rogo, supplico, at-
que tuæ charitati iniungo, vt ad vi-

cem meam ciuitatem illam ad eas,
& donationem illam , quam ego
partibus illius de locis nostris, nun-
cupantibus illis, sitis in pago illo, per
mea legitima instrumeta, gestis mu-
nicipalibus cum curia publica , &
defensore facias alligare , vel profe-
quere , & de ipsa prosecutione me
reddas certiorem. Et quicquid exin-
de egeris, gesserisue, ratum à me in
omnibus esse cognoscas. Quod má-
datum , vt pleniorem obtineat vi-
gorem, manu propria subter firma-
ui, & bonorum virorum manibus
roborandum decreui.

III. G E S T A.

CVm conuentus, Turonus ci-
uitate adfuisset, adstante ve-
nerabili viro illo defensore, vna cū
honoratis principalibus suis, vene-
rabilis vir ille dixit, Rogo te venera-
bilis vir ille defensor, vt mihi codi-